

# Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. 9.

Inhalt: I. Päpstliche Encyclica betreffend das Rosenkranzgebet, und II. dießzügliche Anordnung des Capitular-Consistoriums. — III. Concurs-Verlautbarung. — IV. Chronik der Diöcese.

1884.

I.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

**LEONIS**

DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII. EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS

VNIVERSOS CATHOLICI ORBIS

GRATIAM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

VENERABILES FRATRES

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Superiore anno, quod singuli novistis, per litteras Nostras Encyclicas decrevimus, ut in omnibus catholici orbis partibus, ad caeleste praesidium laboranti Ecclesiae impetrandum, magna Dei Mater sanctissimo Rosarii ritu, Octobri toto, coleretur. In quo et iudicium Nostrum et exempla sequuti sumus Decessorum Nostrorum, qui difficillimis Ecclesiae temporibus aucto pietatis studio ad augustam Virginem confugere, opemque eius summis precibus implorare consueverunt. — Voluntati vero illi Nostrae tanta animorum alacritate et concordia ubique locorum obtemperatum est, ut luculenter apparuerit quantus religionis et pietatis ardor exstet in populo christiano, et quantam in caelesti Mariae Virginis patrocinio spem universi reponant. Quem quidem declaratae pietatis et fidei fervorem Nos, tanta molestiarum et malorum mole gravatos, non mediocri consolatione lenisse profitemur, imo animum addidisse ad graviora quoque,

si ita Deo placeat, perferenda. Donec enim spiritus precum effunditur super domum David et super habitatores Jerusalem, in spem certam adducimur, fore ut aliquando propitiatur Deus, Ecclesiaeque suae miseratus vicem, audiat tandem preces obsecrantium per Eam, quam ipse caelestium gratiarum voluit esse administram.

Quapropter insidentibus causis, quae Nos ad publicam pietatem excitandam, uti diximus, anno superiore impulerunt, officii Nostri duximus, Venerabiles Fratres, hoc quoque anno hortari populos christianos, ut in huiusmodi precandi ratione et formula, quae Rosarium Mariale dicitur, perseverantes, sibi validum magnae Dei Genitricis patrocinium demereantur. Cum enim in oppugnatoribus christiani nominis tanta sit obstinatio propositi, in propugnatoribus non minorem esse oportet constantiam voluntatis, quum praesertim caeleste auxilium et collata nobis a Deo beneficia, perseveran-

tiae nostrae saepe soleant esse fructus. — Ac revocare juvat in mentem magnae illius Judith exemplum, quae almae Virginis typum exhibens stultam Judeorum repressit impatientiam, constituere Deo volentium arbitrio suo diem ad subveniendum oppressae civitati. Intuendum item in exemplum Apostolorum, qui maximum Spiritus Paracliti donum sibi promissum expectaverunt perseverantes unanimiter in oratione cum Maria Matre Jesu. — Agitur enim et nunc de ardua ac magni momenti re, de inimico antiquo et vaferimo in elata potentiae suae acie humiliando; de Ecclesiae eiusque Capitis libertate vindicanda; de iis conservandis tuendisque praesidiis, in quibus conquirere oportet securitatem et salutem humanae societatis. Curandum est igitur, ut luctuosis hisce Ecclesiae temporibus Marialis Rosarii sanctissima consuetudo studiose pieque servetur, eo praecipue quod huiusmodi preces, cum ita sint compositae, ut omnia ex ordine salutis nostrae mysteria recolant, maxime sunt ad fovendum pietatis spiritum comparatae.

Et ad Italiam quod attinet, potentissimae Virginis praesidium nunc maxime per Rosarii preces implorare necesse est, quum nobis adsit potius, quam impendeat, nec opinata calamitas. Asiana enim lues terminos, quos natura posuisse videbatur, Deo volente, praetervecta, portus Gallici sinus celeberrimos, ac finitimas exinde Italiae regiones pervasit. — Ad Mariam igitur confugiendum est, ad eam, quam jure meritoque salutiferam, opiferam, sospitricem appellat Ecclesia, uti volens propitia opem acceptissimis sibi precibus imploratam afferat, impuramque luem a nobis longe depellat.

Quapropter adventante iam mense Octobri, quo mense sacra solemnia Mariae Virginis a Rosario in orbe catholico aguntur, omnia ea, quae praeterito anno praecepimus, hoc anno iterum praecipere statuimus. — Decernimus itaque et mandamus, ut a prima die Octobris ad secundam consequentis Novembris in omnibus curialibus templis, sacrariisve publicis Deiparae dicatis, aut in aliis etiam arbitrio Ordinarii eligendis, quinque saltem Rosarii decades, adiectis Litaniis, quotidie recitentur: quod si mane fiat, sacrum inter preces peragatur; si pomeridianis horis, Sacramentum augustum

ad adorandum proponatur, deinde qui intersunt rite lustrentur. Optamus autem, ut Sodales Sanctissimi Rosarii solemnem pompam, ubicunque per civiles leges id sinitur, vicatim publicae religionis causa ducant.

Ut vero christianae pietati caelestes Ecclesiae thesauri recludentur, Indulgentias singulas, quas superiore anno largiti sumus, renovamus. Omnibus videlicet, qui statis diebus publicae Rosarii recitationi interfuerint, et ad mentem Nostram oraverint, et his pariter, qui legitima causa impediti privatim haec egerint, septem annorum itemque septem quadragenarum apud Deum indulgentiam singulis vicibus concedimus. Eis vero, qui supra dicto tempore decies saltem vel publice in templis, vel justis de causis inter domesticos parietes eadem peregerint, et criminum confessione expiati sancta de altari libaverint, plenariam admissorum veniam de Ecclesiae thesauro impertimus. Plenissimam hanc admissorum veniam et poenarum remissionem his omnibus etiam largimur, qui vel ipso beatae Virginis a Rosario die festo, vel quolibet ex octo insequentibus, animi sordes eluerint, et divina convivium sancte celebraverint, et pariter ad mentem Nostram in aliqua sacra aede Deo et sanctissimae eius Matri supplicaverint.

Iis denique consultum volentes, qui ruri vivunt et agri cultione, praecipue Octobri mense, distinentur, concedimus, ut singula, quae supra decrevimus, cum sacris etiam indulgentiis Octobri mense lucrandis, ad insequentem vel Novembris vel Decembris menses prudenti Ordinariarum arbitrio differri valeant.

Non dubitamus, Venerabiles Fratres, quin curis hisce Nostris uberes et copiosi fructus respondeant, praesertim si quae Nos plantamus, et vestra sollicitudo rigaverit, iis Deus gratiarum suarum largitione de caelo afferat incrementum. Pro certo quidem habemus, populum christianum futurum dicto audientem Apostolicae auctoritati Nostrae eo fidei et pietatis fervore, cuius praeterito anno amplissimum dedit documentum. Caelestis autem Patrona per Rosarii preces invocata adsit propitia, efficiatque, ut sublatis opinionum dissidiis et re christiana in universis orbis terrarum partibus restituta, op-

tatam Ecclesiae tranquillitatem a Deo impetremus.  
 — Cuius auspiciem beneficii, Vobis et Clero vestro,  
 et populis vestrae curae concreditur Apostolicam  
 Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXX Au-  
 gusti MDCCCLXXXIV, Pontificatus Nostri Anno  
 Septimo.

LEO PP. XIII.

## II.

### Anordnung öffentlicher Rosenkranz-Andachten für die Raibacher Diöcese.

#### An die hochwürdige Diöcesanzweislichkeit.

Mittelfst des im heutigen Diöcesanblatte verkauften Apostolischen Rundschreibens vom 30. August d. J. haben Seine päpstliche Heiligkeit angeordnet, daß auch heuer im Monate Oktober, in welchem das h. Rosenkranzfest von der ganzen katholischen Welt gefeiert wird, von dem gläubigen Volke durch gemeinschaftliches und öffentliches Rosenkranzgebet die Fürbitte und Hilfe der großen Himmelkönigin vertrauensvoll angerufen werde, da dieselben Beweggründe, welche den h. Vater im verflossenen Jahre zu dieser Anordnung bestimmten, noch immer fortbauern. Noch immer haben sich die Stürme nicht gelegt, welche sich in letzteren Jahren heftiger denn je gegen die Kirche Gottes erhoben haben, indem der Unglaube alle seine Kräfte aufbietet, um den von Gott geoffenbarten Glauben, die einzige sichere und feste Grundlage der menschlichen Gesellschaft, in den Herzen des Volkes zu untergraben, und den wohlthätigen Einfluß der Kirche aus dem öffentlichen Leben zu entfernen. Der Vater der Christenheit, das sichtbare Oberhaupt der Kirche, ist auch noch immer des Erbtheiles Petri, und damit der Freiheit und der Mittel beraubt, seiner erhabenen, die Welt umfassenden Sendung nachzukommen. Uebrigens ist Italien, in dessen Mitte der h. Vater seinen Wohnsitz hat, auch von einem großen Unglücke, der asiatischen Cholera heimgesucht, weshalb wir uns auch in dieser Hinsicht an die seligste Jungfrau, die Hilfe der Christen, zu wenden haben, damit auf ihre Fürsprache die drohende Pestseuche von uns abgewendet werde.

Da das vereinte Gebet der Gläubigen von jeher die mächtigste Schutzwaffe der Kirche in allen Gefahren gewesen ist, so hat es dem h. Vater unter der großen Last der Trübsale, von denen er bedrängt ist, zum besonderen Troste gereicht, daß seiner vorjährigen Anordnung auf dem ganzen Erdkreise mit so großer Freudigkeit und Uebereinstimmung der Herzen entsprochen worden ist, und sich so der religiöse Eifer des christlichen Volkes und

sein unerschütterliches Vertrauen auf den mächtigen Schutz der seligsten Jungfrau in herrlicher Weise kundgegeben hat. Es erwartet darum der h. Vater, daß die Gläubigen seiner Apostolischen Einladung auch heuer mit demselben Gebetseifer Folge leisten werden, welcher hoffen läßt, daß Gott unser Flehen erhören wird auf die Fürbitte derjenigen, welche Er selbst zur Verwalterin seiner Gnade eingesetzt hat.

Es wird demnach für die Raibacher Diöcese angeordnet, daß in allen Pfarr- und sonstigen Curatkirchen derselben das kommende Rosenkranzfest möglichst feierlich begangen, und vom 1. Oktober bis zum 2. November dieses Jahres täglich und zwar Nachmittags zu der ortsüblichen Stunde vor dem zur Anbetung ausgesetzten Allerheiligsten Sakramente wenigstens 5 Absätze des marianischen Rosenkranzes und die lauretanische Litanei öffentlich abgebetet, und am Schlusse der Andacht der Segen mit dem Allerheiligsten ertheilt werde. An jenen Orten aber, wo die nachmittägige Abhaltung dieser Andacht nicht geeignet erscheint, ist sie mit der täglichen Frühmesse zu verbinden.

Damit zur Aufmunterung der christlichen Frömmigkeit die himmlischen Gnadenschätze der Kirche erschlossen werden, hat der h. Vater auch die im vorigen Jahre verliehenen Ablässe erneuert. Er ertheilt nämlich allen denen, welche an den genannten Tagen der öffentlichen Abbetung des Rosenkranzes in der Kirche beiwohnen, und auf seine Meinung beten, so wie auch denen, welche aus einer rechtmäßigen Ursache verhindert, der öffentlichen Andacht in der Kirche beizuwohnen, die vorgeschriebenen Gebete für sich privat verrichten, dafür jedesmal einen Ablass von 7 Jahren und 7 Quadragenen. Denjenigen aber, welche im Monate Oktober wenigstens zehnmal öffentlich in der Kirche oder aus einem rechtmäßigen Grunde zu Hause die vorgeschriebene Andacht verrichten, und überdieß auch die heiligen Sakramente der Buße und des Altars empfangen, verleiht der h. Vater einen vollkommenen Ab-

laß aus dem Gnadenschatze der Kirche. Einen vollkommenen Ablass ertheilt der h. Vater aber auch allen Jenen, welche am kommenden Rosenkranzfest oder in der Oktave desselben die Sakramente der Buße und des Altars empfangen und gleicherweise auf die Meinung des h. Vaters in einer Kirche zu Gott und der seligsten Jungfrau beten.

Für jene Orte am Lande, wo sich die Gläubigen wegen der im Monate Oktober stattfindender Feldarbeiten an der hiemit angeordneten Rosenkranzandacht nicht in erwünschter Weise betheiligen können, wird kraft der vom h. Vater erhaltenen Vollmacht

die Verlegung der Rosenkranzandacht auf den Monat November oder Dezember mit der Vergünstigung gestattet, daß die Gläubigen der für diese Andacht verliehenen Ablässe auch im November oder Dezember theilhaftig werden können.

Hievon, sowie von den in Folge dessen für die einzelnen Pfarren erforderlichen näheren Bestimmungen sind die Gläubigen am kommenden Sonntage, dem 17. nach Pfingsten, von der Kanzel in die Kenntniß zu setzen, und zur eifrigen Betheiligung am Rosenkranzgebete und zur Gewinnung der verliehenen Ablässe in geeigneter Weise aufzumuntern.

Dom Capitular-Consistorium Laibach am 24. September 1884.

Dr. Heinrich Pauker,  
Capitular-Bitar.

### III.

#### Concurs-Verlautbarung.

Durch Beförderung des Domherrn Friedrich von Premierstein ist an der Laibacher Kathedrale Kirche das vom Patronate der h. Stände Krains abhängige, einstweilen vereinigte Flachenfeld-Wollwitz'sche Kanonikat in Erledigung gekommen.

Vermöge der diesfälligen Stiftbriefe sind zum Flachenfeld'schen Kanonikate die Verwandten des Stifters, und in deren Abgange geborene Krainer vom krainisch-landständischen Adel, zum Wollwitz'schen Kanonikate aber die Descendenten des Stifters und in deren Ermanglung auch Andere berufen.

Bei der letzten Besetzung dieses vereinigten Kanonikates wurde nach den Bestimmungen der Flachenfeld'schen Stiftung vorgegangen, bei der nun bevorstehenden Besetzung aber wird sich an die Bestimmungen der Wollwitz'schen Stiftung, und wie jedesmal auch an die dießbezüglich bestehenden allgemeinen Vorschriften gehalten werden.

Diejenigen Priester, welche um das erledigte Flachenfeld-Wollwitz'sche Kanonikat an der Domkirche zu Laibach sich bewerben wollen, werden daher ihre an den hochlöblichen krainischen Landesauschuß in Laibach stilisirten Bittgesuche binnen 6 Wochen beim Capitular-Consistorium in Laibach einzureichen, und sich in denselben über die obangedeuteten und allfälligen sonstigen empfehlenden Eigenschaften und Verdienste gehörig auszuweisen haben.

Die vakante Pfarre Altlag, im Dekanate Gottschoe, wird bis zum 6. November d. J. zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an Seine Durchlaucht den Hochgeborenen Herrn Karl Wilhelm Fürsten von Auersperg, Herzog von Gottschoe u. zu stilisiren.

### IV.

#### Chronik der Diöcese.

Die theologischen Vorlesungen im Clericalseminar für das Studienjahr 1884/5 werden am 3. October beginnen.

Herr Johann Plevaneč wurde auf die Pfarre Soteska am 3. September, und Herr Johann Belec auf die Pfarre Weissenfels am 9. September canonisch investirt.

Herr Josef Pokljukar wurde statt des Herrn Valentin Aljančič, der in St. Martin bei Krainburg als Cooperator verbleibt, als Curatbenefiziat nach Vače decretirt.

Herr Josef Pekovec, Pfarrcooperator in Knežak, wurde als exponirter Kaplan nach Gora bei Soderšica übersezt, und Herr Johann Sternad, Neopresbyter, als Pfarrcooperator nach Knežak decretirt.

Herr Johann Mavrič, Pfarrcooperator in Podbrezje, wurde in den zeitlichen Ruhestand versetzt.

Capitular-Consistorium Laibach am 26. September 1884.